

## Summaria Partis Primæ.

17 In casu Statuti Ferrariæ lib. 2. rubr. 128. negligens solvere debita post annos quindecim, non tenetur solvere, si bona fide

joret se solvisse, aut heredes jurent se credere debita fuisse soluta.

## ARTICULI XII.

### SUMMARIA.

- 1 **N**egligentia non præsumitur, sed est probanda ab eo, qui in ea se fundat.
- 2 Ità, ut qui hodie est negligens, non tamen præsumatur in præterito fuisse negligentem.
- 3 Constito de negligentia, ea tamen non præsumitur dolosa.
- 4 Ideò Medicus non præsumitur negligens in curando vulnerato.
- 5 Neque Maritus præsumitur negligens in vocando Medicum ad curam Uxoris infirmæ.
- 6 Contrahentes non præsumuntur negligentes in suo negotio.
- 7 Regula tamen in pluribus limitatur, ut si Uxor obiit, & Maritus non vocavit Medicum, præsumitur obiisse, ex negligentia Mariti.
- 8 Si vulneratus certo, non vulnere lethali, alia non superveniente causa præsumitur obiisse, ex negligentia Chirurgi, vel ex suo malo regimine.
- 9 Custos negligens præsumitur, si contingat aliquid adversum in re custodita.
- 10 Qui alias fuit negligens in eodem negotio, & hodie præsumitur negligens.
- 11 In Custode Carceris præsumitur negligentia, si Carceratus fugiat.
- 12 Argentarius, si amittat scripturas, ex sua negligentia amisisse præsumitur.
- 13 Idem in Notario amittente scripturas apud se custoditas.
- 14 Agnati differentes collocare puellam in matrimonium, ultra ejus ætatis 25. annum, si peccaverit hæc in corpus suum, præsumitur id negligentia eorum evenisse.
- 15 Quod limita, si ipsa puella agat contra agnatos fundans se in eorum negligentia, tunc non præsumitur.
- 16 Pensionarius, qui non exegit contra præcessorem, non potest agere contra successorem, nisi probatis diligentius, quia præsumitur non exegisse ex sua negligentia, num. 17.
- 18 Idem prorsus in censuario, qui non exegit census decursos.
- 19 Patronus Laicus, qui non præsentavit ad beneficium vacans infra quatuor menses, & Ecclesiasticus infra semestre, ex negligentia præsumpta pro ea vice amittit Jus suum.
- 20 In dubio tamen præsumuntur præsentasse in tempore, re integra.
- 21 Limita, si Patroni protestati sint de impedimento, vel impedimentum sit notorium, ut proveniat ex parte Episcopi, num. 22.
- 23 Si, quod communiter possidetur pereat, præsumitur ex negligentia periisse, & num. 24.
- 25 Hæres, vel legatarius non faciens celebrare Missas die præstituta à testatore, præsumitur omisisse ex negligentia.
- 26 Exequor legatorum piorum, si per annum differat exequi præsumitur negligens.
- 27 Hæres non conficiens inventarium tempore à Jure taxato, præsumitur negligens.
- 28 Emphiteuta non soluto Canone tempore debito præsumitur negligens.
- 29 Qui est negligens in cura minorum, præsumitur negligens futurus in Cura majorum.
- 30 Cui duo comissa sunt, in uno negligens, præsumitur, & in alio.
- 31 Per lapsum temporis præsumitur negligentia, & ex hoc currit præscriptio; cum beneficio tamen restitutionis in Integrum.
- 32 Apud Deum negligentia punitur absque probatione, propter evidentiam facti patetis in Dei Judio.

ARTI-

## Summaria Partis Primæ.

## ARTICULI XIII.

### SUMMARIA.

- 1 **N**egligentia tanquam consistens in negativo directè nequit probari.
- 2 Duobus testibus affirmantibus magis creditur, quàm mille negantibus, loquendo de negativa absoluta, secus de coarctata.
- 3 Probatur negligentia, quando probatur, obligatum potuisse facere, & non fecisse.
- 4 Probatur per lapsum temporis Statuti ad operandum, si dies sit certa, & determinata à lege, vel ab homine, num. 5.
- 6 Negligentia directè non cadit sub sensu.
- 7 Obligatus facere, si, & quando contingat casus, non potest probari negligens, nisi probetur casum illum evenisse, & num. 8., & potuisse facere, & non fecisse.
- 9 Probandum erit, etiam per interpellationem fuisse constitutum in mora, quando non est dies certa ad faciendum.
- 10 Testes non probarent negligentiam, si dicerent illum fuisse negligentem, quia est potius judicare, quàm in facto deponere.
- 11 Testes debent deponere de aliquo actu cadente sub sensu.
- 12 Negligentia uti negativa duobus modis per Testes probatur; primò, removendo actum à sensu, non verò sensum ab actu n. 13.
- 14 Probatur secundo, indirectè probando aliquid aliud, ex quo per necesse sequatur negligentia.
- 15 Probabitur etiam per confessionem partis.
- 16 Probatur per ostensionem scripturæ, in qua descripti sunt, qui operati sunt; unde sequatur eos non fuisse operatos, & ideò non fuisse descriptos; vel quid simile.
- 17 Probatur negligentia per famam publicam.
- 18 Ad probandam negligentiam oportet probare quem fuisse interpellatum, & potuisse facere, quod debebat, & non fecisse.

## ARTICULI XIV.

### SUMMARIA.

- 1 **P**lures sunt effectus negligentie.
- 2 Primus effectus est Præscriptio.
- 3 Via executiva præscribitur in odium negligentis.
- 4 Possessio Civilis præscribitur spacio 10 annorum contra negligentem, quæ autem requiratur ad hoc, num. 5.
- 6 Contra possidentem, ex clausula constituti, non currit præscriptio, ex negligentia decennali, & num. 7 8 9.
- 10 Neque constituens potest præscribere, quia non sibi possidet.
- 11 Constituens non præscribit, etiam si denegat solvere conventam pensionem, nisi denegaret animo occupandi.
- 12 Qualiter intelligendi sunt oppositum dicentes.
- 13 Ex mutatione animi non manifestata constituentis, non potest constitutarius præjudicium incurere, non occupando rem suam.
- 14 Constitutarii negligentia inciperet, quando res ab aliquo tertio occuparetur.
- 15 Constitutum expirat morte constituentis.
- 16 Non defuerunt, qui in odium negligentie concesserint præscriptionem in actibus personalibus, cum mala fide, quam sententiam merito improbat Gibellinus.
- 17 Contra impeditum non currit præscriptio, quia non est negligens.
- 18 Ex eadem causa nec currit contra ignorantem.
- 19 Multa proponuntur obiecta contra prædicta, quæ tamen solvuntur numeris seqq., usque ad num. 24.
- 25 In creditore non potest considerari negligentia ad effectum præscriptionis, si habeat longe plus in manibus, quàm ipse pretendere possit à debitore.
- 26 Negligentibus Jura non subveniunt.
- 27 Negligenti in regimine datur Coadiutor.

\* 2

28 Ne-



## Summaria Partis Primæ.

- 28 Negligens tenetur ad lucrum cessans, & damnum emergens, quod quis patitur ex tali negligentia.
- 29 Ignorantia est effectus negligentie, indeque sequuntur multi errores.
- 30 Diabolus, multum prevalet contra negligentes.
- 31 Negligens de facili prolabitur in malum, & deinde ruit in pejora.
- 32 Divina gratia negligentibus subtrahitur.
- 33 Qui ignorat ex negligentia non meretur restitui in integrum.
- 34 Constitutarius negligens rem occupare, perdit remedia possessoria.
- 35 Negligens intentare remedium Canonis reintegrande per decem annos, illud amittit.
- 36 Obligatus ad factum post contractam negligentiam, potest condemnari ad pœnam arbitrio Judicis.
- 37 Negligens tenetur ad damna, & ad neglecta contingentia.
- 38 Inopia multoties est effectus negligentie.
- 39 Ad tollendam, vel evitandam negligentiam Clericorum possunt uniri beneficia ad augendas distributiones insufficientes.
- 40 Minor læsus restituatur in integrum, sed si non petat restitutionem tempore destinato à Jure ex sua negligentia perdit hoc beneficium, num. 41.
- 42 In Urbe tamen etiam restituatur, si læso sit enormissima.
- 43 Negligens tollere arborem, juxta præceptum Judicis, eam amittit.
- 44 Negligens opem ferre ad repellendas injurias proximo illatas, censetur injuriantem fovere.
- 45 Negligens in rebus propriis, non idèo excusatur à negligentia in alienis.
- 46 Negligens uti rescripto per annum, eo uti amplius non potest.
- 47 Negligens in maioribus præsumitur futurus negligens in minoribus.
- 48 Negligens instare pro emendatione æstimi, seu catastri per annum, postea non auditur.
- 49 Negligens in negotio assumpto censetur in dolo.
- 50 Qui elegerunt Arbitros, & infra tempus statutum non eis notificant electionem, censentur ab eorum Arbitrio recedere.
- 51 Æquitas negligentibus non suffragatur.
- 52 Negligentia inducit consumptionem expectativæ.
- 53 Cæsar Augustus sepulcrum sibi condidit, ne hæredum negligentia careret sepultura.
- 54 Virgini Vestali negligenti gravis pœna infligebatur.
- 55 Regula Cancellariæ de Annali inducta est propter negligentiam impetrantis.
- 56 Casus fortuitus imputatur negligenti.
- 57 Ex negligentia oritur tacita renuntiatio Jurium.
- 58 Negligens non debet esse melioris conditionis, quam diligens.
- 59 Negligentiæ plurium pari compensatione tolluntur.

## ARTICULI XV.

### SUMMARI A.

- 1 **A**D incurrendam excommunicationem majorem requiritur negligentia, quæ importet culpam mortalem, ad excommunicationem verò minorem sufficit culpa venialis, num. 2.
- 3, & 4 Ad incurrendam suspensionem totalem requiritur negligentia, quæ sit cum culpa mortali, ad suspensionem verò partialem sufficit culpa venialis, & num. 5, & 6.
- 7 Irregularitas, quæ per aliquos reputatur pœna, incurritur ex negligentia, quæ importet culpam levissimam, num. 8, & 9.
- 10 Ex negligentia totali incurritur Irregularitas, & num. 11, & 12.
- 13 Quam sententiam aliqui limitant, si negligentia sit dolosa.
- 14 Ex ea sententia sequitur, si quis deneget proximo cibum, qui fame pereat, deneigans fiat Irregularis.
- 15 Et non solum si teneretur ex justitia alere, sed quandoque si ex sola Charitate, quam

## Summaria Partis Primæ.

- quam irregularitatem aliqui dicunt incurri potius ex infamia, quam ex omissione, num. 16.
- 17 Negligens custodire feram, quæ occidat hominem, fit Irregularis.
- 18 Iniuriatus non retrahens volentes interficere Iniuriantem, secuto homicidio fit Irregularis.
- 19 Si ex negligentia Medici, infirmus moriatur, ille fit Irregularis. Quæ omnia sequuntur, ex dicta sententia probabili.
- 20 Sed probabilis etiam, & fortè probabilior est sententia, quod ex sola negligentia, etiam totali, nunquam incurratur Irregularitas.
- 21 Redditur Ratio, & offertur fundamentum, quia non habetur in Jure.
- 22 Et sequentibus solvuntur fundamenta primæ sententiæ, num. 23, & 24.
- 25 Offertur in confirmationem tex. in c. Petrus de homicid.
- 26 Incurreret verò Irregularitatem, non impediens homicidium, si præter influxum negatiuum, reddat homicidam animosiozem ex condicito; & sua præsentia.
- 27 Bonum fundamentum hujus sententiæ est, quod non sit in Jure expressum, quod incurratur Irregularitas ex sola negligentia.
- 28 Ex opinionibus probabilibus æquior, est sequenda.
- 29 Si delictum partim consistit in committendo, & partim in omittendo, una sententia dicit ad Incurrendam Irregularitatem sufficere negligentiam, etiam cum culpa levissima.
- 30 Secunda sententia requirit culpam levem.
- 31 Tertia, requirit culpam mortalem, ex negligentia crassa.
- 32 Hæc sententia placet, & afferuntur plures rationes.
- 33 Irregularitas ex delicto, est pœna gravis, & consequenter requirit culpam gravem.
- 34 Ex alia sententia, occidens ad necessariam defensionem, nunquam esset tutus, vel raro, ab irregularitate.
- 35 Ignorantia excusat à pœna, dummodo non sit crassa, & supina.
- 36 Licet pro foro externo, Ignorantia Juris non præsumatur. num. 37.
- 38 Explicantur aliqui tex. de hoc artic., qui videbantur facere contra hanc tertiam sententiam, & sequentibus num. usque ad 45.
- 46 Ignorantia Juris culpabilis, vincibilis, & affectata non relevat à censuris, diminuit tamen de culpa.

## ARTICULI XVI.

### SUMMARI A.

- 1 **P**ER negligentiam Judex amittit Jurisdictionem, quæ devolvitur
- 2 Jurisdictio suppletur per Superiorem, & num. 5.
- 3 Episcopo excommunicato Jurisdictio non devolvitur, quia non est negligens, sed impeditus.
- 4 Antequàm devolvat Jurisdictio assignandus est terminus negligenti.
- 5 Judex Ecclesiasticus supplet Jurisdictionem Judicis Laici negligentis.
- 7 Limita in Laico habente Jurisdictionem perpetuam, cui negligenti datur coadiutor ab Episcopo, vel à Papa.
- 8 In casu c. significavit de officio Ordinarii, Ordinarius supplet negligentiam delegati Papæ, ex commissione Papæ.
- 9 Abbas non benedictus ab Episcopo, benedicit suos subditos, ex commissione Papæ.
- 10 Capitulum supplet negligentiam Episcopi in casu cap. Nulla de concess. præben., propter antiquam consuetudinem.





Summaria Partis Primæ

ARTICULI XVII.

SUMMARIA.

- 1 **E**xistimarunt aliqui ex sola negligentia Jurisdictionem, devolvere ad Superiorem.
- 2 Alii sentiunt devolvere per appellationem.
- 3 Aliqui tex. afferuntur, & explicantur, qui

videbatur facere pro regula in contrarium, militant enim in illis casibus, in quibus loquuntur singulariter, & sequentibus usque ad num. 8.

ARTICULI XVIII.

SUMMARIA.

- 1 **J**udex Laicus non habet, nec capax est habere Jurisdictionem in Personas Ecclesiasticas, neque de consensu Episcopi, ideo non potest supplere negligentiam Episcopi.
- 2 Afferuntur plura in contrarium, remissive.
- 3 Consuetudine videtur introductum in aliquibus Regnis, ut Judex Laicus suppleat negligentiam Judicis Ecclesiastici.
- 4 Vel in aliquibus ex privilegio.
- 5 Et videtur fuisse necessarium in partibus valde remotis ab Urbe, ob bonum Reipub.
- 6 Ideo non repugnat Laicis defendere proximum à violentiis Clericorum.
- 7 Et videtur hoc insinuatum in c. Filiis 16. quæst. 5., & num. 8., in c. Principes seculi 23. quæst. 5.
- 9 Ostenditur neque ex consuetudine, neque ex

privilegio posse competere laico supplere Jurisdictionem Judicis Ecclesiastici.

10 Licebit Laico defendere oppressos ab Ecclesiasticis, intelligendo de defensione, que competit Jure nature, idest salvo modamine inculpate tutelæ, non tamen subeundo judicium.

11 Et in hoc sensu explicantur plures Canones. Antiquiores Canones de hoc loquentes, fuisse sublato per Innocent. III. in cap. Qualiter, & quando de Judic., & num. 15.

13 Concilium Trid. decernit (Nefas esse Laicis prohibere Ecclesiasticum Judicem, ne quem excommunicet.

14 Nec consuetudo pro Laico habet vim, quia nota Pontifici, quia est solum permissive ad evitanda graviora mala.

ARTICULI XIX.

SUMMARIA.

- 1 **F**uerunt aliqui in sententia, quod Index Laicus suppleat pro Ecclesiastico in realibus.
- 2 Tenenda est sententia, quod neque in realibus suppleat.
- 3 Utrum saltem ex privilegio Pape remissive.

4 Diluuntur fundamenta prime sententiæ ex argumento de reconventionem.

5 Reconventio cessat in causa criminali.

6 Immunitas bonorum Ecclesiasticorum non est de Jure Divino.



Summaria Partis Primæ

ARTICULI XX.

SUMMARIA.

- 1 **D**racon legislator atheniensis statuit, ut damnati Otii, capite mulctarentur.
- 2 Periculosior est negligentia sui ipsius.
- 3 Contemnere Venialia disponit ad mortale.
- 4 Ex. D. Jo. Crisostomo, multi qui ad summum perfectionis videbantur ascendisse, propter negligentiam colapsi sunt.
- 5 Industrii ab inertis differunt, quia Pii ab Impiis.
- 6 In humanis de Minimis non curat Prætor, at Coram Deo de minimis neglectis reddenda est ratio.
- 7 Sicuti diligentia est omnium virtutum mater, ita e contra negligentia est doctrina, & disciplina nociva, & Vitiarum mater.
- 8 Unica syllaba omissa in forma Sacramentorum, Sacramentum non facit.
- 9 Pigrizia, & Accidia semper cum negligentia sunt.
- 10 Non tam considerandum illud minimum, quod neglectum est, sed quod sequitur ex tali neglectu, quod frequenter magnum est.
- 11 Negligentibus Deus subtrahit multa auxilia, & dona.
- 12 Ideo qui parca seminat, parca, & metet.
- 13 Invitati ad nuptias, Matthæi c. 22. neglexerunt venire, ideo penitus fuerunt exclusi.
- 14 Dum negligentius agerant Præpositi Ecclesiæ errores hæreticorum disseminati sunt.
- 15 Ubi est negligentia, ibi Virtutes extinguuntur, Vitia conrescunt.
- 16 Cum Sampson Viri, alioquin Virtute fortes, si negligentia somno sedeant, Virtute deperdita à Diabolo excecantur.
- 17 Olofornes dum diligenter Vigilat Victus est, dum negligenter dormit Victus est à femina.
- 18 Perniciosè negligitur custodia innocentie semel quaesita.
- 19 Ex Augustino satisfactio pro factis, non est negligenda; ne ad Ulteriora prolabatur.
- 20 Multos neglecta, & protracta penitentia decipere solet.
- 21 Ubi perceptio Eucharistiæ negligitur, ibi Vita alimentum negligitur.
- 22 Nocet valde negligentia in quaerendo Confes-

sarium Idoneum, & tunc se ipsum magis negligit penitens.

23 Qui in spiritualibus negligens est, dicitur sedere in tenebris, & in Umbra mortis, & num. 24.

25 Explicatur parabola de Virginibus prudentibus, & fatuis, quatenus illæ fuerint diligentes, istæ negligentes.

26 Vigilandum Christus Ec. docuit, idest negligentiam excutiendam.

27 Exemplo funambuli Crisostomus docet periculum negligentie fugendum.

28 Negligere obedientiam, quibus debetur, valde periculosum est.

29 Hieremie c. 48. indicitur maledictio negligentibus.

30 Virgines debent summa diligentia custodire Virginitatis thesaurum, alias deperdari desiderat, qui thesaurum publice portat in Via.

31 Virginitas describitur (incorruptionis perpetue meditatio) ad cujus Custodiam multæ Sanctæ Virgines grandia passa sunt, n. 32.

33 Apparitio animæ dicentis, se in purgatorio diris cruciatibus torqueri propter negligentiam in perceptione Dominici Corporis.

34 Negligentia in repellendis moribus de rebus Venereis, de facili transit in delectationem morosam, & sic mortale peccatum.

35 Negligentia multoties vel est causa, vel effectus graviorum Scelerum.

36 Psal. 80. (Non audivit populus meus vocem meam) ecce negligentia, dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ecce grande malum.

37 In sacris scripturis pluries negligentia appellatur Cordis duritia.

38 Ex otio, Pigrizia, & accidia, quæ sunt species negligentie, multa mala causantur.

39 Negligens induere vestem nuptialem damnatus est, Matthæi 22.

40 Oriesus obdormiscens Jona proicitur in Mare, & Petrus in Monte Tabor petens quietem, taxatur de nescientia.

41 Cornelius à Lapide notat, Anglos defecisse à fide, ex causa negligentie.



Summaria Partis Primæ.

ARTICULI XXI.

SUMMARI A.

- 1 **A**N, & quando negligentia sit purgabilis, materia est brocardica.
- 2 De equitate Canonica negligentia est purgabilis, quando parti nihil deperit.
- 3 Etiam si apposita sit obligatio cameræ.
- 4 Minores, Pupilli, Ecclesia semper possunt moram purgare, saltem ope restitutionis in integrum.
- 5 Quoad forum conscientie semper potest mora purgari.
- 6 In rebus minimis semper negligentia est purgabilis.
- 7 Negligentia celeri satisfactione purgatur.
- 8 Fidejussor Carcerati semper potest negligentiam purgare.
- 9 Etiam in contractibus conditionatis, impleta conditione, adhuc negligentia est purgabilis.
- 10 Capitulum posse moram purgare, si non elegit Vicarium Capitularem infra dies octo, juxta præscriptum Trid.
- 11 Oppositum Verius sustinent alii.
- 12 Nisi Capitulum habuisset Iustam causam differendi.
- 13 Aut Metropolitanus concederet moram purgari.
- 14 In dubio, an negligentia sit purgabilis, benignior, & favorabilior pars pro Capitulo, est eligenda.
- 15 Si negligentia proveniat ex mora Irregulari, tunc non est purgabilis, dum aliquod damnus sequatur parti.
- 16 Sicut non est purgabilis, ubi in contractibus est apposita dies certa, & pœna simul.
- 17 Neque purgatur, ubi est pactum resolutivum contractus.
- 18 Nequè si data negligentia sit alteri Ius quaesitum.
- 19 Nequè si terminus sit appositus ad finiendam facultatem faciendi.
- 20 Inchoata executione, & non completa, est locus purgationi Moræ.
- 21 Non purgatur ubi mora, & negligentia est geminata.
- 22 Nequè si debitor factus sit deterioris conditionis.
- 23 Nequè si expressè renuntiatum sit purgationi.
- 24 Facta declaratione caducitatis in Emphyteusi non est locus purgationi moræ.
- 25 Post incurssam negligentiam, si causa sit deducta ad forum contentiosum, mora non purgatur.
- 26 Nequè, ubi contracta mora, executio fit ipso Iure.
- 27 Nequè, ubi est additum Iuramentum.
- 28 Opposita sententia susinetur, ubi jus partis non est factum deterius.
- 29 Qui promisit stare laudo Arbitrorum, non purgat moram.
- 30 Dato termino à lege, non purgatur mora, sed solum quando est datus ab homine.
- 31 Plures aliæ limitationes dantur remissivè.
- 32 Exequor causæ piæ negligens post annum moram non purgat.
- 33 Voluntaria omisso non suppletur propter equitatem.
- 34 Non examinantur iterum testes prius examinati sine interrogationis, ex negligentia non datis.

ARTICULI XXII.

SUMMARI A.

- 1 **O**bligatio restituendi potest Oriri, ex Negligentia, & Ommissione.
- 2 Quæ omisso tribus modis incurritur (tacendo) (non obstando), non manifestando.
- 3 Intellige, si teneatur clamare, ob stare, manifestare ex Iustitia.
- 4 Tenetur ex Iustitia, qui obligatur ex contractu, vel quasi, num. 6.
- 5 Non obligatur restituere, qui tenetur ex sola Charitate.
- 7 Princeps tenetur ex Iustitia populorum damna evitare, & num. 8.

9 Prin-

Summaria Partis Primæ.

- 9 Princeps negligens Infidelis dicitur.
- 10 Princeps loco mercedis habet à populo lucra, & honores.
- 11 Enumerantur plures, casus, in quibus Princeps est negligens.
- 12 Quæ tamen sunt limitanda secundum leges prudentie.
- 13 Tenetur defendere vi oppressos.
- 14 Qui opprimuntur clamant ad Deum, dum apud homines non inveniunt auxilium.
- 15 Ad hoc auxilium præstandum gladium portat.
- 16 Tenetur Princeps contractus initos cum suis subditis servare.
- 17 Iudex non administrans iustitiam petenti, tenetur ad damna.
- 18 Custodes hortorum tenetur rescire damna, ex eorum negligentia data.
- 19 Custos Carceris tenetur, si debitor Carceratus fugiat, non tamen tenetur ad pœnam, num. 2.
- 21 Confessarius non condemnans pœnitentem ad restitutionem, peccat quidem, sed non tenetur ipse ad restitutionem, etiam si sit Parochus.
- 22 Famuli si conducti sint hoc pacto, ut personam domini defendant, vel bona custodiant, negligendo tenetur ad damna, secus si hoc pacto non sint conducti.
- 23 Milites pariter tenentur ad damna, quæ ex eorum negligentia sequuntur.
- 24 Dux exercitus, tenentur ad damna, quæ ex ejus negligentia à militibus inferuntur.
- 25 Nauclerus pariter, si ex ejus incuria, otio, & negligentia damna sequuntur Viatoribus, tenetur ipse rescire.
- 26 Advocatus tenetur clienti ad damna, quæ in causa sequuntur ex ejus negligentia.
- 27 Subditi tenentur proprium Superiorem, etiam spirituales defendere.
- 28 Domini scientes subditos velle delinquere, ita, & Pater filios, & non impediendo quantum possunt, tenentur ad damna per illos illata.
- 29 Qui potest impedire, & non impedit, ne hæreticus dogmatizet, vel non denunciatur, peccat graviter.
- 30 Subditi tenentur ex Iustitia, revelare conjunctionem in Principem, & Patriæ prodicionem.

ARTICULI XXIII.

SUMMARI A.

- 1 **A**D incurrendam excommunicationem, requiritur contumacia, & negligentia.
- 2 Dicitur pœna medicinalis, quia inventa est in medicinam delicti.
- 3 Infertur solum pro negligentia futura, radicata tamen multoties in delicto præterito, vel præsentem.
- 4 Si excommunicatio feratur pro delicto præterito non notorio, prærequiritur monitio, secus si pro notorio, & tunc negligentia stat in eo, quod non paruerit legi, vel præcepto.
- 5 Quandoque tamen lex ipsa prærequirit monitionem, ut Clem. ultima §. fin. de statu Monachorum, & Clem. I. de Decimis, num. 6.
- 7 Non præmissa monitione, quando requiritur excommunicatio injusta erit, sed valida, nisi monitio prærequiratur de forma.
- 8 Declaratio excommunicationis lata à Jure, non præmissa monitione, est nulla.
- 9 In ferenda excommunicatione, si negligentia sit notoria, sufficit unica monitio, secus trina requiritur.
- 10 Negligentia consistens in contumacia, debet esse gravis, & ob peccatum grave, quia excommunicatio est pœna gravis.
- 11 Limitatur reg. de prærequisitis monitionibus, primo, si periculum sit in mora; secundo, si delictum sit commissum in præsentia Iudicis; tertio si excommunicatio sit ipso facto à Jure imposta.
- 12 Eadem contumacia requiritur ad suspensionem.
- 13 Suspendio, si feratur pro medicina, prærequirit monitionem, & negligentiam subsequentem, secus si per modum pœnæ.
- 14 Quando fertur per modum pœnæ, fuit aliquorum sententia per appellationem suspendi, sicuti, & cæteræ pœnæ.

ARTI-